Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)
1732 Seite 88



areola. Numquid inſula in medio mari ſita fluctus abſcindere poteſt, quo minus ipſi allidantur? Verumtamen inſula fluctibus reſiſtit. Ita etiam nos cogitationes amputare non poſſumus; attamen cogitationibus obſiſtere poſſumus. Cæterum dicat fortaſſe quiſpiam: Et quo pacto interdum per cogitationes ſuperatur anima? ſuperatur, quia non ſe opponit cogitationibus, ſed permittit eas introire: pabuloque deinde reperto, paulatim animam diſſolvunt atque evertunt. Quatuor ſunt mala, quæ difficulter curationem admittunt: videlicet, amor ſui ipſius, avaritia, vana gloria, & ambitio ſeu cupiditas dominandi, quæ dicere non novit, Sufficit: ſed nullum eorum curatu impoſſibile eſt Deo. Antequam malum radices in te agere incipiat, evelle illud: & priuſquam ſurculos ſuos emittat, ex imis foveis radicem ipſius extrahe: nam ſi radices illud in te agere permiſeris, dominium ſibi in te uſurpabit. Qui vigilanter attenteque orat, adurit dæmones: at qui mente vagatur, illudetur ab ipſis. Qui ſuis abducitur concupiſcentiis & cogitationum oblectamentis, facile capietur: at qui temperans eſt, ſalvabitur. Incredulitas duplicitatem animi generat, duplicitas autem animi negligentiam, negligentia vero oblivionem, & oblivio deſperationem; at deſperatio mortem. Undenam in nobis mala dominantur? nonne per noſtram negligentiam? non ſubjiciaris membris tuis, ut non dominentur in te membra tua. Quod bonum eſt, in iis operare, & non quod malum ſit: & eris poſſeſſio pretioſa Domino tuo. Signum animæ pigræ ac negligentis eſt, non libenter Scripturas audire: anima vero ſobria & vigilans divinos lubens ſermones ſuſcipit, quemadmodum terra ſitiens pluviam. Lectus bonus ac mollis nutrit ſomnum: & carentia timoris Dei augebit illum. Ovis tibi eſt? ne ſimul cum ea lupum recludas. Et ſi qua in re oppugnat te inimicus, ne intromittas eum in domum tuam. Quod ſi etiam introduxeris, ne mente ac cogitatione relaxeris; ſed timorem Dei ob oculos tibi conſtitue, ne forte inimici tui derideant te. Domus ſuper arenam ædificata non erit ſtabilis: & exercitatio vitæ monaſticæ rebus aliis admiſta non permanebit: at qui in timore Dei operatur, jacturam mercedis non patietur. Tempore orationis a peregrina atque extranea confabulatione abſtine: & a precatione mens tua non obſcurabitur. Frater, ad pſallendum Deo conſiſtis? Aperi os tuum eloquio Dei, ſecundum eum qui ait: *Pſallam Deo meo quamdiu ero*: ne forte interea dum negligenter agis, alienæ cogitationes tuam mentem perturbent. Sed dum pſallis ſpiritu, pſalle etiam mente. Magnum in oratione donum eſt lacryma: abſtrahi

*Matth. 7.*

*Pſalm. 103.*

A λαχάνων. Μὴ δύναται νῆσος κειμένη εἰς μέσον θα-
λάσσης ἀποκόπτειν τὰ κύματα τοῦ μὴ προσκρούειν αὐ-
τῇ; πλὴν ὅτι ἡ νῆσος ἀντιδέρει τοῖς κύμασιν· οὕτω
καὶ ἡμεῖς ἀποκόψαι τοὺς λογισμοὺς οὐ δυνάμεθα,
ἀντιδέρειν δὲ τοῖς λογισμοῖς δυνάμεθα. Ἀλλ'
ἴσως ἐρεῖ τις· καὶ πῶς ποτε μὲν ἡττᾶται ἡ ψυ-
χὴ διὰ τῶν λογισμῶν; ὅτι οὐκ ἀντιδέρει ἡ ψυ-
χὴ τοῖς λογισμοῖς, ἀλλὰ ἀφίησιν αὐτοὺς ἔνδον εἰσιέ-
B ναι, καὶ νομὴν λοιπὸν εὑρόντες, κατὰ βραχὺ κατα-
λύουσι τὴν ψυχήν. Τέσσαρα πάθη εἰσίν, ἃ δυ-
σκόλως δέχεται θεραπείαν· ἅ τινά ἐστι, φιλαυ-
τία, φιλαργυρία, κενοδοξία, καὶ ἡ φιλαρχία· οὐ
λέγει γὰρ ἀρκεῖ· ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἀδυνατεῖ τῷ
Θεῷ ἰάσασθαι. Πρὸ τοῦ ῥιζῶσαι τὸ πάθος ἐν σοί,
ἔκτιλον αὐτό· καὶ πρὸ τοῦ βάλλειν τὰς παραφυάδας αὐ-
τοῦ, ἐκ τῶν κατωτάτων βόθρων τὴν ῥίζαν αὐτοῦ ἀνάσπα.
ἐὰν γὰρ ἐάσῃς αὐτὸ ῥιζῶσαι ἐν σοί, κατάρξει σου. Ὁ
C προσευχόμενος νηφόντως, καίει τοὺς δαίμονας· ὁ δὲ
μετεωριζόμενος, ἐμπαιχθήσεται ὑπ' αὐτῶν. Ὁ συν-
απαγόμενος ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ καὶ ἡδοναῖς λογισ-
μῶν εὐάλωτος ἔσται· ὁ δὲ ἐγκρατευόμενος σωθήσεται.
Ἡ ἀπιστία τίκτει διψυχίαν, ἡ δὲ διψυχία τὴν
ἀμέλειαν· ἡ δὲ ἀμέλεια, τὴν λήθην· λήθη δέ,
τὴν ἀπόγνωσιν· ἀπόγνωσις δέ, τὸν θάνατον. Πόθεν κα-
ταρχοῦσιν ἐν ἡμῖν τὰ πάθη; οὐχὶ διὰ τῆς ἀμελείας
D ἡμῶν; μὴ δουλεύου ὑπὸ τῶν μελῶν σου, μὴ δὲ τυραννη-
σάτωσάν σου τὰ σὰ μέλη. Ἐργάζου ἐν αὐτοῖς τὸ ἀγα-
θὸν καὶ μὴ τὸ πονηρόν· καὶ ἔσῃ κτῆμα τίμιον τῷ δεσ-
πότῃ σου. Σημεῖον ψυχῆς ῥαθυμούσης τὸ μὴ ἡδέως
ἀκούειν τῶν Γραφῶν· ψυχὴ δὲ νήφουσα δέχεται θείους
λόγους, ὥσπερ γῆ διψῶσα ὑετόν. Στρωμνὴ καλὴ
τρέφει ὕπνον, καὶ ἀφοβία Θεοῦ αὔξει αὐτόν. Πρόβατόν
σοι ὑπάρχει; μὴ συναπόκλειε αὐτῷ λύκον· καὶ ἐν
E πράγματι ᾧ πολεμεῖ σε ὁ ἐχθρός, μὴ εἰσάγαγε
εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐὰν δὲ καὶ εἰσάξῃς, μὴ χαυνώσῃς τῷ
λογισμῷ, ἀλλὰ θοῦ τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ πρὸ τῶν ὀφθαλ-
μῶν σου, μήποτε καταγελάσωσί σου οἱ ἐχθροί σου.
Οἰκία οἰκοδομηθεῖσα ἐπὶ τῇ ψάμμῳ οὐ σταθήσεται·
καὶ ἄσκησις συγκαταμεμιγμένη ᾖ, οὐ διαμενεῖ· ὁ δὲ
κατεργαζόμενος ἐν φόβῳ Θεοῦ, τὸν μισθὸν οὐ ζημιω-
θήσεται. Μὴ παρείσαγε ξένην ὁμιλίαν ἐν καιρῷ
F προσευχῆς, καὶ οὐ μὴ σκοτισθῇ σου ἡ διάνοια
ἀπὸ τῆς εὐχῆς. Ἀδελφέ, ψάλλειν τῷ Θεῷ ἵστα-
σαι; ἄνοιγε σοῦ στόμα λόγῳ Θεοῦ, κατὰ τὸν λέ-
γοντα· ψαλῶ τῷ Θεῷ μου, ἕως ὑπάρχω· μή
ποτε, ἀμελοῦντός σου, ἀλλότριοι λογισμοὶ ἐκτα-
ράξωσί σου τὴν διάνοιαν· ἀλλὰ ψάλλων τῷ
πνεύματι, ψάλλε καὶ τῷ νοΐ. Μέγα δῶρον
δάκρυα ἐν προσευχῇ· τὸ δὲ συναπάγεσθαι τοῖς
δαι-

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0336
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg